

an. 1526 - 1533 = 247. Lt. 234

Petrus Tomicki, Nicolaus Brodinski scho:
lastico et vicario in spiritualibus genera:
li Cracoviensi.

170

Venerabilis domine frater in Christo charis:
sime. Gratissimum est nobis quod singulare
animi letitiam et voluptatem percepistis ex
recuperata nostra pristina valetudine, domi:
numque Deum oratis ut nos in illa diu
felicis et incolumes conservet, atque hoc dein:
ups semper faciat, plurimum vos rogamus,
adhuc enim ex pedibus laboramus, qui nobis
intumuerunt, ad quos melius curandos, intra
octo dies ad summum Deo bene iuvante in
Kielce nos conferre decrevimus, ubi mutato
celo et salubriori aura, cum primum recte
confirmati fuerimus, e vestigio isthuc ad vos
venire properabimus. Interim autem optamus
vos bene ac feliciter valere, nosque orationibus
vestris commendamus. Datum.

